

libertate conservari. Datum apud WORMATIAM III. Nonas Decembris.

Nos igitur ad quos pertinet fidelium devotorum emolumenta dirigere ac eorum remediabiliter providere quieti, predictum privilegium, prout de verbo ad verbum superius est expressum, de plenitudine potestatis regie innovamus, confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre innovationis et confirmationis infringere, aut ei in aliquo ausu temerario contraire. Quod qui attemptare presumpserit gravem regie maiestatis offensam se noverit incursurum. In cuius rei testimonium presens scriptum exinde conscribi et maiestatis nostre sigillo fecimus communiri. Datum Maguncie XII. Kal. Septembris, indictione XIII^a, anno domini M^oCC^oLXXX^o sexto, regni vero nostri anno XIII^o.

Datum per copiam anno domini M^oCC^oLXXX^oVI^o, in vigilia Mathie.
